445


FAUSTUS
ANDRELINUS

VARIA
CARMINA

RECUEIL










6 — Buccolica
7 — Epistolae proverbiales et morales
8 — De influentia syderum x
9 — Epithalamium de Claudia regia et francisco Valesiorum Duce.
10 — De fuga Balbi ex urbe Parisia.
11 Elegia funesta Nepturii sceleris heretici.
12 — De gestis Legati
13 — De obitu Caroli octavi xx
14 — Lex secunda de origine Juris
15 — De moralibus et intellectualibus virtutibus.
16. — Hecatodistichon



Faustus de influentia Syderũ. Et querela parrhisiensis pauimeneti.

¶Publij fausti andrelini Foroliuiensis poete laureati ad guillermū budeum parrhisiensem patricium: greca et latina litteratura insignitum de īfluētia syderum: & querela parrhisiensis pauimenti Carmen.

Vis neget ex solo demissos sydere fluxus?
Ortaq; diuersis subdita queq; polis?
Nonne supercilium latia stat frōte seuerū?
Et danao leuitas corde superba tumet?
Nonne vides varijs indutos pellibus aphros?
Et gallis pigrum mentibus ingenium?
Quis nisi crudelis colchoo natus in orbe?
Nec timidis vacuum gentibus agros erit
An rudet thebana pectus regione videbis?
Gaudentemq; mera simplicitate syrū?
Cur flaua ingētes iactat germania partus?
Et contracta minor bethycus ossa gerit?
Vnde coloratis obscurior india moris?
Et discors vario lingua subore sonat:
Luxus & eneruans phrigios effeminat artus?
Ebriat arctoas sedula mensa plagas.

Incola quem primis oriens exorbet ab ānis
Sortita eſt genium quelibet ora ſuum
Ille nec externuum q̄uis tranſlatus ad aſtrum
Ex bibita totus ſorte minutus erit
Tempora: ſi queras: redeuntis quattuor āni
Verſus ſignifero phebus ab orbe facit.
Adde ꝙ humanis ſeptenus fetibus erro
Omnia vitalis munera preſtat opis.
Congelat humenti ſemen matrice repoſtū
Qui riget horrenti falſifer ore deus.
Funditur ex ipſo compacta in membra tonante
Primaqꝫ nutritor ſpiritus illa fouet.
Sanguis & ardenti ſubtilis marte creatur:
Prefixaqꝫ humor ſede coactus ineſt.
Natiuum accipiunt creſcentia corda calorem.
Et tepido vegetum ſole renidet epar.
Afflatur facies paphio concinua decore:
Factaqꝫ ſunt membris organa digna ſuis
Hinc & forma manet ridentia ſcripta dione
Quam ſequitur triplicis gratia iuncta dee

Nulla quidē forma est, adsit nisi grata venustas
Prebuit enee quam venus ipsa suo.
Spirantiꝗ aptat linguam cū nare disertam
Pleias ex summo quem ioue maia tulit.
Vnde gerit torto virgam serpente volutam
Aerios volucer qua secat ille notos
Quaꝗ animas stygiis detrusas euocat vndis.
Sparsus & auffertur membra per egra sopor
Scilicet ostensa est prompte vehementia lingue:
Vt bene prudenti recta sit illa manu.
Summaꝗ pandantur sensu tranata sagaci
Et data patrato pena sit apta malo
Integer et superam cetus tollatur in arcem
Sedeturꝗ viti sanguinis ira fremens
Et posito lenis torpore impulsus honestum
Accincte officium sedulitatis agat
Et formata suo distinguens limite membra
Septima perfecto luna sub orbe micat.
Editus est illo victurus tempore partus
Nata sedo ctauo pignora mense cadunt

Rursus obest frigens saturni stella maligni
At nono soboles mense salubris erit
Nam calidi fetuens martis quē temperat astrū
Cum rigida gelidi frigiditate senis
Ipse salutares dominans fert iupiter ortus
Tanta est astrigeri vis manifesta poli
Hinc caput humanum phryxeo subditur hyrco
Cunctaqꝫ sydonio colla torosa boui
Brachia ledeis defensa laconibus extant
Dedit atqꝫ inflammans pectora cancer habet
Et scapula insurgit nemeeo amplexa leone
Illi a et icarea virgine fota valent
Equali clunis libra suspensa tenetur
Excitat impellens scorpius inguen iners
Et femora hemoniis seruantur tuta sagittis
Et genua egloceros curua niuosus amat
Vrniger et teneris ganimedes cruribus instat
Seruat et illesos piscis vterqꝫ pedes
Quin amor ex ipso verus descendit olympo
Pectore cui valido forma virilis inest

Illius et nullo caput est velamieectumt
Et spleudet compta luxuriatq; coma
Ipsa autem facies iuuenilem induta figuram
Tectaq; sunt viridi candida membra toga
Huius pallenti vitam cum morte notatam
Fimbria suprema margine scripta gerit
Atq; estas prima nudata in fronte calescit
Asperaq; vrenti frigore seuit hyems
Et medio auratis detecto in corde figuris
Stant prope phydiaca sculpta pculq; manu
Mystica sed ficta sub ymagine sensa recludam
Gentibus vt crassis nota poesis eat
Scilicet illa scatet figmento ignota iocoso
Offibus in mediis vera medula latet
Et velut esca iuuat dulci condita sapore
Atq; ipsa maior fronte recessus adest
Nec te igitur lector suspensum grate moremur
Hec est morate fabula plena rei
Vt forti mansura viro constantia regnat
Sic firmo vet a Xrobore durat amor

Subdola nec tacita secreta in mente recondit
Ostenditqꝫ animi conscia signa sui.
Cresci & vt iuuenis prima lanugine tinctus
Et vernans picto ceu viret herba solo
Sanguis & ethera spirans dum vescitur aura
Et nunq̄ fato preueniente cadit
Aduersaqꝫ vnum dextraqꝫ in sorte tenorẽ
Et quouis ceptum tempore pergit opus
Et gerit absentis curam presentis & equam
Faustino talis pectore regnat amor
Vt dilecta pio lileatur turba poete
Turba verecundo castior hyppolito
Guillermus graio madidus fluctuqꝫ latino
Doctus ab experto testis amore probato
Totaqꝫ non vno variata est sydere tellus
pulchrior & fetu est illa vel illa suo
Ecce ferax claret felici media malo
Mollia sericia vellera pexa manu
Et nigrum solis hebenum portatur ab indis
perqꝫ arabum floret myrrhina virga nemus

Iudeo exudant redolentia balſama ligno:
Et data ſunt ſacris thura ſabea focis.
Optima flaueſcunt lybicos frumenta per agros
Bacchica leſbous munera palmes agit.
Pruna damaſcenis veniunt medicantia campis
Raraq; piceno ſurgit oliua iugo.
Sentit & aeriis latum cum tractibus equor.
Quid valeat ſupero miſſus ab axe fauor
Nanq; natat melior ſiculo murena profundo:
Et myſenea mollis eſchinus aqua:
Oſtrea cyrceo preſtant rutupina ſapori.
Hoſtia mutandus pontica thynus habet
Gratior eſt rupes miſit quem corſica mulus
Vnus aquitane ſalmo probatur aque:
Si neſcis greca volucris tranſuecta carina
Hec primum a ſolo phaſide nota fuit.
Meander niueo ſinuoſus olore ſuperbit.
Nobilis ac ipſa myncius extat aue.
Vnicus eoo phenix renouatur in orbe.
Ibis & egypto ſacra colente volat.

Inferiora vigent rebus moderata supernis
Omniparens summa quas deus arte tulit:
Hic etenim a prima fabricator origine iussit
Influat vt vires singula stella datas.
Non tamen humano dempta est ex iure potestas
Nec vacet arbitrio libera vita suo
Sed iuuat vt felix genialem horoscopus horam
Et det presentis sydera dextra poli.
Heu mea sunt stellis saxa infelicibus orta
Saxa prophanatos inter habenda dies.
Ecce nitent parijs constructa palatia saxis
Et stat marmorea sculptus in ede deus.
Ast ego continuo turbe pede calcor euntis
Et curru infelix pretereunte teror.
Et iactam ex altis vrinam poto fenestris
Mingit et in media sexus vterqꝫ via.
Vndiqꝫ merda fluit puerorum infecta cacantum
Et ventri pateo spurca latrina graui:
Stercora quinetiam breuibus resoluta cucullis
In non tergendam deijciuntur humum

Suauior vt fiat triplici mixtura sapore
Immundum effundit lota culina situm/
principio ignarus solum putat aduena cenum
Et damnat multo sordida strata luto.
Clamat & o verum sortita lutetia nomen
q̄ bene sunt fame congrua facta tue.
Vt fuit incedens vrina aspersus olenti
Turpia barbarici deuouet acta modi.
Merdosas naso sordes cum sensit acuto
Vtraq; compressa est naris operta manu.
Nauseat infelix cetu derisus ab omni
Dulcia cui putens cymna mastercus olet
q̄ longa immutant cunctas commertia gentes
Ille idem spurca spurciot vrbe venit:
Femina cum longo mingens symphone susurrat.
Deucalione precipitantur aque
et metuo tellus fluctu sit mersa profundo
Horrendisq; tremens motibus illa ruat
Quid ve fimi memorē fumū exhalantis opacum?
Crebra quid extincti marcida membra canis

Maior & infertur miseris iniuria saxis
Et minor illato est nostra querela malo.
Stentorea obtundunt clamantes voce sophiste:
Dum leuibus nugis tempora vana terunt.
Postq̃ rixa silet de lana exhausta caprina:
Fetorem o q̃tum micta mephitis habet.
Q̃ mallem inferni tetrum phlegetontis odorem
Sentire ac stygio sulphura missa lacu
Exuperat reliquas vrina sophystica sordes
Sed magis insana garrulitate premor.
Omnia tam vasto franguntur saxa boatu:
Et fex in nostros defluit alta sinus
Si verbosa tacet clamosi turba sophiste:
Fata feram sortis qualiacunq; mee.

Explicit.

Ingratus ne sis iuuenis quin pectore toto
Felici grates qui tibi pressit agas

[illegible]

